



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De hæreditate episcopi cæterorumque ecclesiasticorum. ccxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nullis rebus, omnes dei sacerdotes se abstinere debet: quia per aurum, oculorumque illecebras vitiorum turba ad annum ingredi solet, histrionum quoque turpium & obscenorum insolentias iocorum, ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

De hereditate episcopi, ceterorumque ecclesiasticorum.

Cap. CCXXVII.

Ex cœcil.

SED & hoc ibidem inuentum est de episcopis, presbytis & clericis, si hereditatem à domino rege, vel ab alio theim habent, principi, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi bito, cap. deuenierit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc cui vo- 37. cui luerint, dum viuunt pro remedio animæ, ad Ecclesiā quā interfuit cunque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis. Sin autem rex Con- tem antea obierint, quam firmiter perfecerint: altari cui radus. seruiunt omnia perpetuò sanctificantur, & in ius tradan- tur. Similiter de presbyteris statutum est. Hildibertus Mo- guntinensis archiepiscopus subscripsit. Robertus Treue- rensis archiepiscopus subscripsit. Vnni Hameburgensis ar- chiepiscopus subscripsit. Adaluardus Fardinensis episco- pus subscripsit. Richuynus Argentinensis episcopus sub- scripsit. Notingus Constantiensis episcopus subscripsit. Vneuanus Padarbrunnensis episcopus subscripsit. Vdil- ricus Augustensis episcopus subscripsit. Bernhardus Halu- uartanensis episcopus subscripsit. Rumaldus Minugarde- nouardensis episcopus subscripsit. Eberis Mindunensis e- piscopus subscripsit. Necnon & abbates cum ceteris sacri ordinis viris subscripterunt.

Ne episcopi propter suam quietem plebem sibi commissam negligere presumant. Cap. CCXXVIII.

Providendum est, ne episcopi propter suam quietem ad Ex cœcil. remotiora loca sedentes, & suum ministerium ne- apud san- gligentes, proprias deserant ciuitates: sed aut parochias etiam Me- suas cum officiis efficacia circumveant, aut cum religione in dardum, suis ciuitatibus canonice cum filiis suis degant. Presbytere prese- ros etiam sibi commissos, doctrina, castitate, & sobrietate, Carolo re atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari ge, cap. 5. compellant.